



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. X. Quâ intentione Crvx ferenda, & primò ad satisfaciendum pro peccatis, & vitandas inferni pœnas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

## CAPVT X.

*Quâ intentione CRVX ferenda, & primò ad satisfaciendum pro peccatis, & vitandas inferni pœnas.*

A Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. 1. Cor. 11, 32.

*CRVX æterna stygis, brevis est tua Christe, sed illam  
Vt fugiam, huic humeros supposuisse iuuat.*



DOCTA iam erat Staurophila, nec ex inani gloria CRUCEM deferre, nec cum illâ: vanitatem enim intendere, omni merito spoliât; subrepentem à latere sponte admittere, etsi boni operis valorem non tollat, minuit tamen, & non modicâ labe inquinat. Bonâ ergo opus esse intentione videns, percunctari cœpit, num ampliùs aliquid spectandum, quam vt intentio mala non esset, aut ne malum haberet admixtum. Cui Christus ita respondit: Certi sunt in bonâ intentione gradus, atque vt aliùs alio sublimior, ita & melior: & permagni refert, quò tuos conatus refe-

A Domino corripimur, ut non cum hoc  
mundo damnemur.

1. Cor. 11, 32.



CRUX eterna Stygis, brevis est tua CHRISTE, sed  
: tollit ut fugiam, huic humeros suppt fuisse iuuat.

tas

2 M

ras. Nam & illi qui CRUCEM etiam non malè ferunt, non vnum habent præstitutum scopum, & vide illud iam antè adumbratum. Passionis meæ tempore quatuor eramus Cruciferi; diuersâ tamen intentione impositura illud onus ferentes. Deo enim latrones, qui mecum educebantur, hac causâ eam gestabant, vt digna factis reciperent, & pro delictis suis, iuxta Iudicis sententiam, facerent satis. Simon Cyrenæus coactus, & pretio conductus, baiulabat CRUCEM post me, vt mercedem acciperet. Ego verò in gestandâ CRUCE aliud non spectabam, quàm vt æterno Patri placerem, & eius morem gererem voluntati.

Triplicem ergo hîc vides intentionem. Prima seruorum est, qui formidine pœnæ, ne in æternum scilicet puniantur, CRUCI se submitunt. Altera mercenariorum, qui inclinant se ad ferendam CRUCEM propter retributionem. Tertia est filiorum, qui vt pœnam non timent, ita mercedem non expectant, sed ex puro amore Deo per CRUCEM placere nituntur.

Animaduertis hîc tres grâdus, Timorem, Spem, Charitatē quorū distinctionem paucis accipe: *Qui initiatur à timore, CRUCEM* Bernard. *sustinet patienter; qui proficit in spe, portat* Serm. I. in *libenter; qui verò consummatur in charitate,* Fest. S. *Andræ.*

amplectitur iam ardentem. Solus iste est qui dicere potest: Quia amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te. Longè est vox ista ab eo, qui sustinet quidem, sed optaret omnino, si posset, non venisse in hanc horam. Is qui timore coërcetur patiens est: qui ratione spei ducitur, beneuolus est: sed nisi etiam fuerit feruens spiritu, facile labi potest. Porro quæ per spiritum diffunditur charitas, & patiens & benigna est, & quod est amplius, numquam excidit. Fortis enim est ut mors, non patientia aut spes, sed dilectio. Dicit patientia, Sic oportet fieri, quia timore urgetur. Dicit voluntas bona, Sic expedit, & sic agendum est, quia spei attrahitur ratione. Charitas verò, quia inflammatur à spiritu, Neque sic oportet, dicit, neque sic expedit: sed sic volo, inquit, sic cupio vehementer.

Psal. 110,  
10.

Triplicem, aiebat Staurophila, aperire deo VIAM; sed quænam mihi congruentior, prorsus ignoro. Cum Christus: Ordine procedas, suadeo exordiri à timore: Initium enim sapientie timor Domini. & per hunc paulatim ascenditur ad gradus superiores. Quæ porro id faciam? aiebat Staurophila. Principio, respondebat Christus, absque vllâ hæsitatione tibi persuadebis, optimo iure tibi impositam CRVCEM, quam tuis sceleribus non semel sis promerita. Quid enim indignum

dignum fiat illi, quæ toties diuinam læsit  
maiestatem? & an non æquissimum, vt

*Aequo animo pœnam, qui meruere, ferant?* Ouid.

Filij Iacob in magnâ angustia coram Iose-  
pho constituti, veritatem hanc serò serioque  
agnouerunt. Meritò hæc patimur, aiebant, Gen. 42, 21

*quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes  
angustias animæ illius, dum deprecaretur nos,  
& non audiuimus: idcirco venit super nos  
tribulatio.* Hæc vera causa huius afflictio-

nis. Quare in omni CRUCE, in omni tribu-  
latione id tibi sit in ore, magis autem in cor-  
de: Meritò hæc patior, quia peccaui; &  
quod ait Propheta: *Via tua & cogitationes* Jerem. 4,  
*tua fecerunt hæc tibi.* 18.

Cui Staurophila: Ita est, Domine, *Iram* Mich. 7, 9,  
*Domini portabo, quoniam peccaui ei, & iuste*

CRUCEM patior, nam digna factis recipio:  
neque oblita sum quid generosa olim dixerit

Iudith: *Non ulciscamur nos pro his quæ pa-* Iud. 8, 26.  
*timur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa*

*supplicia minora esse flagella Domini, quibus  
quasi serui corripimur, ad emendationem, &  
non ad perditionem nostram euenisse credamus.*

Ideoque immeritò queruntur filij Adam, &  
ponunt os suum in cælum, Deo adscriben-  
tes sœuitiam, dum eorum punit malitiam.

Noui ego, Domine,

*Quã falsò accusent Superos, stultiq; queratur* Chrysiop.

Mortales! etenim nostrorum causa ma-  
lorum

Ipsi nos sumus; & sua quemque recordia  
lædit.

Benè hoc quidem, aiebat Christus, sed  
præterea & illud latere te nolo, non tantum  
iniuriam non esse quòd homo crucietur, sed  
maximum etiam indulgentissimi Patris be-  
neficium, qui corruptelam filiorum non pati-  
tur longius procedere, sed plagis & verberi-  
bus emendat. Ex quo intelligant Deo se cura  
esse, quibus, quoniam peccauerunt, irascatur.

Lactant.  
lib. 5. de  
Iustitiâ  
cap. 23.

August in  
Psal. 93.

A. Fel. in  
1. Corinth.  
cap. 11.

Psal. 72, 5.

Ad tempus enim Deus emendat, ne in æternum  
damnet. Elige tibi vnum ex duobus, tempora-  
lem dolorem, aut æternum. Nam illi merito  
lugendi sunt, qui cum in vitâ peccent, in hac  
vitâ non puniuntur. In labore hominum  
non sunt, aiebat Psalmista, & cum hominibus  
non flagellabuntur: cum quibus ergo, nisi  
cum dæmonibus?

Vt video, aiebat Staurophila, olim cum  
omnes vitæ nostræ periodos vno aspectu  
cernemus, fatebimur sanè quod aliquando  
dixit Themistocles: Perieramus, ô pueri,  
nisi perijssemus; cruciaremur, nisi CRVCEM  
tulissemus. Ita est Staurophila, aiebat Chri-  
stus: sed tu iam monita culpam attende, ut

Laurent.  
Iustin. in  
Lig. vit. de  
Patient. c. 5

leuiter pœnam feras. Tunc enim patienter il-  
lata flagella tolerantur, cum in secreto mentis  
ad

ad mala perpetrata, recurritur, quia per hoc quod culpa pondus agnoscitur, afflictionis pœna leuigatur. Interloquebatur hîc Staurophila: Quid verò de ijs censendum, Domine, qui pœnas hîc fugiunt, quantumuis non modicas commiserint culpas, sed pro ijs dicunt se in Purgatorio luituros? Hi sanè (inquebat Christus) & se decipiunt, & parui se ostendunt iudicij. In hac enim vitâ leuissimis afflictionibus pro grauissimis criminibus potest homo satisfacere, plurimumque mereri. In Purgatorio autem sterilissima est patientia, vbi summis cruciatibus parum satisfacias, & nihil merearis. Afflictio ibi maxima, satisfactio exigua, merita nulla. Hîc verò afflictio modica, satisfactio maxima, merita plurima. Ecquis Mercator eo tempore merces emat cum viliores sunt, & pretia maiora, & non potius tûc cum gratis ferè habentur? Sed hæc est stultitia amatorum sui, qui nihil attendunt nisi præsentia, futurorum securi. Verùm cum pauci admodum sint, qui in peccatum lethale non inciderint; quo, precor, titulo CRUCEM excutient, qui vel vnico fuerint contaminati? *Si animo conceperis,*

Ambros.  
ad Virg.  
lapfam c. 8

Staurophila, quia necesse est præuaricatricem animam tartareis pœnis & gehenna ignibus tradi; nec aliud remedium constitutum esse post Baptismum, quàm Pœnitentiæ solatium:

N 5 quan-



*quantamuis afflictionem, quantumuis laborem subire eris contenta, dummodò ab eternalibus pœnis libereris.*

Ergone Domine, aiebat Staurophila, ad gehennam me mittis, vt inde discam patientiam? Omnino, inquebat Christus;

Chrysof. *non enim sinet in gehennam incidere gehenna*  
 Hom. 31. *recordatio.* Atque vtinam homines descen-  
 in Epist. ad *dant in infernum viuentes, ad damnatorum*  
 Rom. *pœnas considerandas, ne postea descendant*  
 ita exponit Bernard. & *morientes! Si enim cogites horrendos illos*  
 Aiguanus *cruciatu, æternumque duraturas flammâ,*  
 Psal. 54. *teterrimum carcerem, sæuientem rogam,*  
*damnatorum gemitu, lamenta & vlulatu,*  
*nihil tibi istorum comparatione graue vide-*  
*bitur. Suspirans Staurophila, exclamabat:*  
*Hic vire, hic seca, hic puni Domine, modò in*  
*æternum parcas. Audire enim videor mise-*  
*ras illas & perpetuò infelices animas idem-*  
*tidem mihi inclamantes:*

Ouid. 5.  
Trist.

*Elige nostrorum minimum minimumque do-*  
*lorum,*  
*Isto, quo quereris, grandius illud erit.*

CAPVT